

quam agnosi vos; vestras personas non cognoscet. Ita alienus ab omni se affectu, propensio neque exhibet.

**91.** **Chrysost.** Tertio. D. Chrysostomus in Imperfecto homili. 19. Scindum, quia peccatores nescit Deus, quia indigni sunt, ait, ut cognoscantur a Deo. Quomodo te Deus cognoscere, cum tu Deum cognoscere nolis? Sicut enim omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videntur verè cognoscere, quia non digne colunt, sicut servi Dominum, sicut factura factorem; & hoc est secundum natu ram quidem cognoscere, non autem secundum voluntatem: sic & Deus naturaliter omnes cognoscit, sed non videtur eos cognoscere, quia non eos diligit, quasi factur facturam, quasi Dominus proprios servos. Non cognoscit eos Deus, quia digni non sunt tanta excellentia, ut cognoscantur a Deo. Et sicut iniqui ob suam depravatam malitiam nolunt Deum agnoscere, ut ei serviant, & obtemperent; sic etiam Deus justa poena dicitur eos ignorare, ut beneficiis prosequatur, ac ad gloriam suam eligat.

**92.** **Deus in p.** Quarid. isti falsi prophetæ deambulabant in mundo induiti vestimentis ovium, cum intrinsecus essent lupi rapaces; in illa autem extrema die judicij, cuncta manifesta apparebunt; & ideo intrinseca eorum malitia jam palam in oculis cunctorum prodibit, & in pellibus loporum potenter venient. Quapropter eis Dominus ait; Nunquam novi vos, id est, vestra opera nunquam agnosi, ut facta ab ovibus, nunquid Deum judicem fallebant? Sed ut perpetrata ex malitia loporum, ob quorum nequitiam discedite a me, inquit: nemo enim confidat, quod occulat malitia sua? Deo enim aperta sunt, manifestaque omnia.

**93.** **Chrysost.** Quinto. Ponera, quod in illa ultima die hanc repulsam, & penam inferit Dominus in hos falsos prophetas. Pulchre D. Chrysost. in Imperfect. homili. 10. Usque tunc sustinebo, quia grandem iram grandis dilatio procedere debet, & grandis dilatio iustus facit esse iudicium Dei, & dignorem interium peccatorum. Deus differt iam, ut ejus iustitia videatur exactor, iniquitas peccatoris obdurtatio, cum bene usus non fuerit concessio tempore ad penitentiam. Maxime tamen expende illa prima verba, Grandem iram grandis dilatio procedere debet. Unde est illud celebre dictum August. Deus differt iram, quia in eternum damnat. Deus ergo sustinet nostra delicta, non quia obliviscitur, sed quia homo thesauris sibi iram in ultimum diem, ut acerbissime puniatur.

**94.** **Ecclesi. 5.** Ait Sapiens Ecclesiast. 5. n. 4. Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor, sive, ut alij legunt ex Graeco, patiens exactior. Tanquam si dicat: Et si post tuum peccatum videoas Deum immoderata dissimilare, hoc sit, ut penitentia detur locus; quam si non praeteritis, severius, & rigorosius fieri exactio: quoniam enim magis patiens sustinet, tanto severius fieri judicium, insligereturque pena D. Laurent. Justin. in ligno vita de timore cap. 4. Lemo, ait, gradus ad vindictam sui divina procedit ira, caritatemque supplicij gravitate compensat. Altissimus enim est patiens redditor, quia quos diu, ut convertantur, tolerat, non conversos diuinus damnat, & quanto diuinus expectat, ut emendentur, tanto gravius iudicabit, si neglexerint. De Civitate illa Babylonis, quæ erat mater abominationum, cum

qua Reges, & mercatores terræ fornicati sunt, dicitur de ea: Una die venient plaga ejus, mors, Apoc. 18. luctus, & fames, & igne comburentur, Apoc. 18. num. 8. Per quæ intelligitur universitas suppliorum. Si enim illa civitas per tot annos extit florentissima divitiae, & potentia, quibus dominabatur in purpura, & auro, ac byssino. Cur non paulatim verberabatur, sed in una die venient omnes plagæ ejus? Quantò Deus ob suam pietatem sustinet, ac differt iram, tanto distictior, ac severior descendit sententia, quando proceditur ad judicium.

## Quæstio XVIII.

Quare, dum Deus reprobos damnat, eis im probret mala sua, non quæ fecerant, sed quæ de presenti faciunt: Qui operamini iniquitatem?

**95.** **Quanquam** aliqua lectiones habeant, Operantes iniquitatem; tamen nostra Vulgata, & antiquissimi codices habent, Qui operamini iniquitatem. Cujus rei vera est solutio, quam dedi in expositione, quia Hebrei semper utuntur participiis, & verbis pro nominibus, & idem valet, Qui operamini iniquitatem, ac operari in iustitia, seu iniquitatis. Quod nihil aliud significat, quia iniqui, & perverbi homines. De hac re ad magnam eruditio[n]em nostram addamus partes.

**96.** **Primo.** D. Hieron. Non dixit, ait, qui operari est iniquitatem, ne videatur tollere penitentiam; Hieron. sed qui operamini, id est, qui usque in presentem horam cum iudicij tempus adveniunt, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habeatis affectum. Similiter Cardinalis Hugo. Deus, dum iustitiam exercet, non dicit, se dannare ob criminis antea facta, sed solidum exprimit delicta actuali Deus maxi- mè veneratur penitentie privilegia, ne penitentiam devenultare videatur; cuius magnalia, ac excellentia semper in magna apud Dominum veneratione existunt, & ita, delicta per penitentiam ita sunt excepta, ut amplius eorum non recordetur. Si autem Dominus promulgasset, reprobos in ignem mittere ob criminis jam commissa, forsitan aliqui in mentem venirebant, quod etiam ob illa peccata, quæ jam penitentia delera erant. Ne ergo aliquis quid cogitet contra privilegia tanta virtutis, ideo cave Domini, commemorare delicta jam facta, & solum ad ea, quæ erant in actuali operatione convertit sermonem. Ne videatur tollere penitentiam, & peccata per eam condonata punire. Secundo. Ne videatur peccata, castigatio ne penitentia expurgata, iterum, castigare, & punire, cum Deus non puniat bis in idipsum.

**97.** **Secundo.** D. Anselmus. Discedite a me, ait, qui operamini iniquitatem, Non dicit, qui operari est, quia licet modo non habeat facultatem operandi, tamen adhuc peccare vellent, si adhuc viverent, voluntas operarib[us] pendebat apud Deum. •

## Cap. XIX. Attendite à falsis Prophet. 481

pro operibus reputatur, tanquam si actuali exercitio in peccaminosa facta prodirent, cum ipsa voluntas omni operi si æquivalebit. Et ideo non dicitur; qui operari est, sed qui opera mani.

**98.** **Chrysost.**

Tertio Divus Chrysostomus homil. 19. Non dicit, ait, Discedite a me qui operari est iniquitatem, sed qui operamini. Quia iniqui etiam post mortem non desinunt esse iniqui, quia esti peccare non possunt, tamen peccandi propensum tenent. Tam obscurata est in malo iniquorum voluntas, ut nec mors, nec flamma, nec frigus, nec omnia tormentorum genera possint illam in eis malam resicare, & extinguere inclinationem, sed semper infatibilis durat, ac persevere-

Sapient.

rat. Sapient. 12. num. 6. dicitur: Nix, & glacies sustinebat vim ignis, & non tabescunt, uscirent: quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardenti in grandine. In inferno torquentur miseris reprobis; & ita obscurata est mali isti, ut eorum peccus ita inconclusum persistat, ut lapis, & grando, quæ liquefieri, ac emolliri non vallet. Et ita peccatorum frigore, eorum membra contabescunt, ut distinco, ac perperno igne calorem non suscipiant. Obduratio est ergo iniquus, & reprobis, quam ferrum, plumbum, & æs; si quidem haec igne molliuntur; ac tandem consumptio pereant, esseque desinunt. Divus Hieronymus in cap. 6. Defecit sufflavorum, ait, in igne consumptum est plumbum, frustis & conflavit conflator; malitia enim eorum non sunt consumpta.

per petram jacta fuerunt.

Quoniam fundamenta ejus si ma erant super petram.

**Philo Carpath.** Flavent venti, in eam inc. 8. Cant. que impetum fecerunt; nec ipsa tamen corrois; fundata enim erat super petram.

## ALTER TEXTUS.

**Lucæ 6. n. 47.** Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos ostendam vobis, cui similis sit: similis est homini ædificanti domum, qui fodiit in altum, & posuit fundamentum super petram; inundatione autem facta, illud est domum illi: fundata erat supra petram.

## EXPOSITIO.

**99.** **O**ncludit Dominus jam suum admirabilem sermonem. Et ut atraheret homines ad eos observantiam, proponit præmium adimplenti verba haec, & pacnam contemnit. Omnis ergo indistincte cum omnibus loquitur: Qui unque audit verba haec, scilicet doctrinam hinc a me traditam, Ad illam referuntur hanc sententiam Christi. Imperfectus homilia 20. Divus Paschalias lib. 1. aphas. 4. in Mattheum, Euthymius, Albertus Mag. Euthym. gnus, S. Thomas; Maldonatus vero hoc etiam alb. Magn. referat ad omnia Christi verba. Sed probabilior est prima sententia, cum Christus dicat, verba haec, & facit ea, hoc est; constanter observat: quia non auditores legis, sed factores justificabuntur. Assimilatur viro, seu, ut ex Greco communiter legitur, Assimilabo eum Græcus. viri prudenti, qui scit, rebus providere in futurum, qui ædificavit domum suam super petram, ad indicandam firmatatem fundamenti, Firmissime hoc enim nihil aliud est, quia quadam paro[n]a nostra bolla, per quam denotatur anima conversatio, in Christo quæ dum innititur verbis Christi, fundatur super firmam petram, quæ est Christus Iesus.

Ait Jacob benedicens Joseph Genes. 49. nunc Genes. 49. atra 24. Sedit in fori arcus ejus, & a solitu- sunt vincula brachiorum ejus, & manuum illius per manus potentis Jacob. Inde pastor egredietur est lapis Irael. Pineda in cap. 29. Job numero 25. ait: Arma mea, atque defensionem apud tur- rim meam munitissimam; quæ Deus est, repugnam habeo.

85. Et

**Matth. 7. n. 24.** Omnis ergo, qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilatur viro sapienti, qui ædificavit domum suam super petram.

**Ibid. num. 29.** Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illum, & non cecidit: fundata enim erat super petram.

## VERSIIONES.

**Syriacus.** Quisquis igitur audit hos sermones meos, eosque exequitur; assimilatur viro sapienti, qui quidem extruxit domum.

**Pagnini Vatabli.** Assimilabo illum viro prudenti, qui scit, rebus providere in futurum, qui ædificavit domum suam super petram.

**Vatablus n. 25.** Descendit imber, vene runt flumina.

**Syriacus.** Neque cecidit: quippe ejus fundamenta fu-

Sylveira in Evang. Tom. II.

100.  
Paschaf.  
Alb. Magn.  
D. Thom.  
Abuleni.  
Cajetan.  
Iai. 28.

Interlineal.

Hugo.

Iai. 8.

Albert. Mag.

Sapient. 5.  
Psal. 92.

Amos. 4.

Eccel. 25.

Chrysoft.

*Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti. Per hæc significantur omnes adversitates, contrarieates ac tentationes, ut aduentum Paschaf, Albertus Magnus, S. Thomas, Abulensis, Cajetanus, & alij. Et per procellas hæc frequenter denotantur in Scriptura. Iai. 28. numero 2. Ecce validus, & fortis Dominus, sicut impetus grandinis, & turbo confingens, sicut impetus aquarum multarum, & emissarum super terram spatiosem. Et Psalm. 49. numero 3. Sapientia sum. 18. ponit Dominus hic tria, pluviam, flumina, & ventos, quia his tribus potissimum ædificia labefactantur, & concurredunt. Moraliter vero, Per pluviam, quæ descendit, significantur, ut ait Interlinealis, impugnations, ac tentationes Diaboli habitantis in ætere. Et quia hujusmodi tentationes semper sunt, ut descendamus; vel, ut ait Hugo, pluvia emolliat terram; ita tentationes, ac peccata carnalia emollirent multos.*

*Iai. 8. numero 7. Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas. Prosequitur textus: Venerunt flumina, hoc est, potentium persecutio, vel tormenta, ut ait Albertus Magnus, divitiae, potentiae, ac honores, quibus super alios volunt inundare, ac eos operire. Ita ait Isaia cito cap. 8. numero 8. quod scilicet Rex Assyriorum ibi inandas super rivos Iuda. Et Sapient. 5. numero 23. Fluminis concurrens duriter. Et Psalm. 92. numero 3. Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt vocem suam. Textus sequitur: Flaverunt venti; hoc est, mine, blanditiae, detractiones, ac promissiones. Amos 4. numero 9. Percussi vos in vento erente. Prosequitur textus: Et non cecidit: fundata erat super petram, quæ petra praebuit domui stabilitatem, ac firmitatem, ut contra omnia adverfa immobilitatem persisteret in Ecclesiast. 25. numero 24. Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. Unde ait hunc Chrysoftomus: Qui se adficiat super Christum, nulla adversitas eum diruere potest.*

*Matth. 7. n. 26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam.*

*Ibid. num. 27. Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.*

#### VERSI O N E S.

**Syriacus.** Et quisquis audit hos sermones meos, & eos non exequitur, assimilatur viro stulto, qui extruxit.

**Chrysoftomus.** homil. 25. Viro similis judicabitur stulto.

**Euthymius.** Assimilabitur viro fatuo.

**Vatablus.** Descendit imber, venerunt flumina.

**Theophylactus.** Spiraverunt venti, & irruerunt.

**Arias.** Proruerunt domui illi, & cecidit.

**Arabicus.** Et percusserunt domum illam.

**Gildas Sapiens** Flaverunt venti, & imprecazione pegerunt in domum in Eccles. or. illam.

#### ALTER TEXTUS.

**Luc. 7. n. 49.** Qui autem audit, & non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illius est fluvius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

#### EXPOSITIO.

**D**icit Dominus sententiam contrariaam superiori: Omnis, qui audit verba hæc, & me dicit, & non facit, qui non auditores legis, sed factores justificabuntur. Similis viro stulto. Ita etiam habet hic nostra Vulgata, & Codices Graci. At in superiori sententia est: Theophyl. Assimilabo eum. Quod bene notavit Theophylactus: Non dixi, ait, assimilabo eum; sed per se ipsum assimilabitur stulto ille, qui credit quidem, non autem operatur. Ubi virtus, justitia, ac corona ubi virtus; est, Deus est auctor, ac totum præstat; & ideo ibi Deus est ait: Assimilabo eum viro sapienti, qui edificari, auctor: ubi super petram. Ubi autem iniquitas, peccatum, ac ibi homo. damnatio ingreditur, homo per se ipsum rogit, ac totum operatur. Et merito stultum illum dicit: ait Euthymius: Quid enim insipientius eo, qui dominum suum super arenam edificat & cum labore sufficit, privatus tamen fructu, quem inde colligere oportuit. Quid miserius? Labores ædificationis magnæ sustinere, & præmio defraudari: multi enim sinere lapuntur miserias, labores, ac afflictiones; & bores, & cum ædificant super arenam, nempe super mundanas vanitates, nil præmij æternæ salutis recipiunt; merito ergo talis, stulto viro comparatur.

**Ædificat domum suam super arenam.** Quæ, cum sit fluxa, & mobilis, nullam stabilitatem domui præstat. Arena, ut ait D. Chrysoftomus homil. 25. Chrysoft. D. Paschafius lib. 4. in Matth. Albertus Magnus, Paschaf. & sterilis est, arida, fluxa, pulvis minutus, & grana sibi non convenient, nec adhærent: sic & omnes sub Diabolo, ac peccatis sunt sicut arena, sterilis ad fructum salutis, arida, cum nullum habeat succum virtutis; fluxa, cum peccatis sit mobilis, & inconstans, & valde fluxus, arenas peccatorum si ferunt; ut in turpitudinem, ac peccatum cadat: pulvis guram præminutus se fert.

101.

102.

103.

104.

#### Cap. XIX. Attendite à falsis Prophet. 483

minutus, nam facile æstu tentationum, ac cupiditatem rapitur: & grana sibi non adhærent; omnes enim sub diabolo nec sunt unum, nec unum sapiunt, sed sunt per opiniones dispersi, ut Hæretici, qui valde in suas sectas, & errores divis sunt.

**Descendit pluvia, & venerunt flumina, ac veni-105. trerunt in domum illam.** Hoc iam est explicatum in superiori expositione. Et cecidit. Qui enim in sola fide, & scientia enixi, opera negligunt, miserè corrunt in infernum, & damnationem. **E**t ruina magna, absque ulla sp. re-106. staurationis, quia ab in tua structura eversa est. Job. 22. numero 16. Viri iniqui sublati sunt ante tempus suum, & fluvius subversus fundamen-107. torum. Non solum de viro Catholicō, qui opera negligit, hæc intelligit Hugo, sed etiam de P. x. lato, qui male agit; quoniam gradus aliorum, tanto casus gravior. Divus Augustinus: **Quando quis in loco aliore, tanto in periculo majori versa-108. tur.**

**Matth. 7. n. 28.** Et factum est, cum con-109. summasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus.

**Ibid. num. 29.** Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribae eorum, & Pharisei.

#### VER S I O N E S.

**Syriacus.** Et factum est, quum absolvisset Iescha hos sermones, ut obstupescerent turbæ.

**Vatablus.** Et evenit, cum finisset Iesha sermons hos.

**Euthym. Theo.** Erat autem docens eos, ut phyl. n. 29. auctoritatem habens.

**Syrus.** Ius, & dominium habens.

#### ALTER TEXTUS.

**Marc. 1. n. 22.** Et stupebant super do-107.ctrina ejus. Erat autem docens eos, quasi potestatem habens; & non sicut Scribae.

**Luca 4. n. 32.** Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius.

#### EXPOSITIO.

**C**onsummat Christus Domi-108. nus suum admirabilem sermonem in monte. Explicat Evangelista, quid inde secutum est, nempe ut turbæ, quæ huic sermoni aderant, ut dixi cap. 10. quæst. 2. num. 10. supra modum admiratae fuerint; hanc enim vim habet verbum

Sylveira in Evang. Tom. II.

Gracum, quod bene exprimit Syriacus, V. Syriacus. tablus: Obstupescerent. Et turbæ, id est, vul-109. Varabl. garis populus, admirantur, ut ait Chrysoftomus homil. 25. & non principes, nec Scribae, seu do-110. ctores, quia isti nunquam sciunt, alius celum. Chrysoft. dinem, ac sapientiam laudare. Super doctrinam ejus, nempe tam admirabilis, nova, solida, firma, ac clara, & divina: id est ea audita omnes obstupescerant.

**Erat enim docens.** Est periphrasis Hebreæ pro docebat, & est familiaris Gracis. Et, ut adver-111. tit Franciscus Lucas, sacerdotem perseverantem Franc. Luc. tiam in re aliqua. Sicut potestatem habens, non sicut Scriba. Et in hoc innuitus ratio admirationis, ut denotat illa particula enim, quia erat docens cum tanta potestate, ac excellentia super omnes Scribas, Phariseos, ac Patres eorum.

#### Quæstio XIX.

**Quomodo Christus Dominus erat docens in potestate, non sicut scriba, & pharisæi.**

**A**d hanc difficultatem respondent prius 112. Divus Chrysoftomus homil. 25. D. Hiero- Chrysoft. nymus, Beda, Abulensis quæst. 39. quid Chry- Hieron. softus Dominus docebat, ut Dominus, & ut le- Beda. gislator, sua propria auctoritate, ac pro libertate voluntatis sicut. At Scribae, & Pharisæi, ut post Chrysoftomum advertit Abulensis, non audiabant, aliquid à se dicere; sed dicebant: Hoc dicit Moyses; hoc dicunt Prophetæ. At Christus Dominus ad nullum referbat suum sermonem. Non dicebat, Moyses dicit, sed ubique ostendebat, se esse eum, qui dominum habebat. Unde Prophetæ, ut ait Theophylactus, dicebant: **Hec dicit Dominus, Christus aiebat: Ego dico vobis.**

**Secundò Divus Augustinus lib. 2. de sermone 113. Domini in monte. S. Thomas, Cajetanus, Chry- August. softus Dominus erat docens cum potestate miracu- D. Thom. lorum: nam, que docebat, miraculis confirmabat; nil tale Pharisæi præstat poterant. Ter- Caietan. tiid Theophilactus. Docebat, non facundia verum, Theophil. sed mira libertate, qua reprehendebat Libertas in miro spiritu fervore, & efficacia, qua persuadens debat, & exterius docens interius luce suæ gratia auditoria hominum mentes illuminabat, ac eorum affectum inflammabat.**

**Quartò Joannes Cassianus lib. 2. de Incarnatione 114. ne Domini. Christus erat docens in mansuetudi- Cassian. ne, & humilitate, qua ad le homines trahebat, Sermo potest in humili- ac devinciebat; Scribae vero in superbia, ac arrogancia, qua cunctos expavescerant. Quinto. Christus Dominus docens quærebat Dei gloriam, & salutem animatum; Scribae vero hominem applausus, ac inanem ostentationem;**

**Sextò Rupertus de operibus Trinitat. lib. 1. in Evangel. cap. 19. Potestate se privant, sicut, qui, Rupert. cum quipiam ab aliquo accipiunt, illum censent militem bonum, qui autem non dederint aliquid in ore eorum, sanctificant super eos bellum. Hoc Rex iste non faciebat, idcirco sic dictum erat: Erat docens eos, sicut potestatem habens s. 2. & 3.**